

## Vocabula nova:

taberna  
gemma  
margarita  
tabernarius  
ornamentum  
anulus  
linea  
digitus  
collum  
pretium  
sesterius  
pecuniosus  
gemmatus  
medius  
quartus  
vigniti  
octoginta  
nonaginta  
vendit  
consistit  
emit  
aspicit  
abit  
accipit  
ornat  
clamat  
monstrat  
ostendit  
constat  
convenit  
alius  
ille  
tantus  
quantus  
satis  
nimis  
aut  
pronomen

## PENSVM A


Qu—est Albinus? Est tabernarius qu—ornamenta vendit. Qu—ornamenta? Ornamenta qu—Albinus vendit sunt gemmae et margaritae. Qu—emit Medus? Ornamentum emit. Qu—ornamentum? Ornamentum qu—Medus emit est anulus c—pretium est Hs c. Digitus in qu—anulus ponitur est digitus quartus. H—servus Medus, ill—Davus est. Lydia h—servum amat, non ill—. Lydia amica h—servi est, non ill—. Lydia h—servo osculum dat, non ill—. Lydia ab h—servo amatur, non ab ill—. H—oppidum est Iusculum, ill—est Brundisium. Cornelius in h—oppido habiat, non in ill—. Viae h—oppidi parvae sunt.

## PENSVM B

Gemmae et margaritae — pulchrae sunt. Aemilia multa ornamenta a Iulio —. Aemilia — in collo et anulum in — habet. Multae feminae ante tabernam Albin — et ornamenta eius aspiciunt. Viri ornamenta — et feminis dant. — gemmatus centum sesteris —. — anuli est centum sesterii, sed Medus — (Xc) tantum habet. Albinus: "Nonaginta non — est!" Medus: "Accipe nonaginta sesterios — nullos!" Anulus ad digitum medium non —: digitus medius — magnus est. Sed anulus convenit ad digitum — (IV), qui non — est quantus digitus —. Lydia laeta digitum suum — et cum Medo a taberna —. Lydia Medo viam —.

## PENSVM C

Quid Albinus vendit?  
A quo Aemilia ornamenta accipit?  
Ambulae Medus cum domino suo?  
Ubi Medus et Lydia constunt?  
Cur Medus margaritas non emit?  
Cur Lydia nullum anulum habet?  
Estne vacuus sacculus Medi?  
Quot sesteris constat anulus gemmatus?  
Ad quem digitum anulus convenit?



## PASTOR ET OVES

Hic vir, qui in campō ambulat, pāstor Iulii est. Pāstor nōn sōlus est in campō, nam canis niger cum eō est et centum ovēs: ūna ovis nigrā et undēcentum ovēs albāe. Pāstor ūnam ovem nigram et multās ovēs albās habet. Is est dominus ovis nigrāe et ovium albārum. Pāstor ovi nigrāe et ovibus albīs aquam et cibum dat. Cum ūnā ove nigrā et undēcentum ovibus albīs pāstor in campō est. Cibus ovium est herba, quae in campō est. In rīvō est aqua. Ovēs in campō herbam edunt, et aquam bibunt ē rīvō, qui inter campum et silvam est. Canis herbam nōn ēst, neque pāstor herbam ēst. Cibus pāstoris est pānis, qui inest in sacco. Iulius pāstorī suō pānem dat. Pāstor canī suō cibum dat: canis ā pāstōre cibum accipit. Ita—que canis pāstōrem amat.

ūn-dē-centum = IC (99)

albus -a -um ↔ niger  
-grā -grum

|     |      |        |
|-----|------|--------|
| nōm | sing | plur   |
| acc | ovis | ovēs   |
| gen | ovem | ovēs   |
| dat | ovis | ovium  |
| abl | ovi  | ovibus |
|     | ove  | ovibus |

rīvus = parvus fluvius

pānis



ēst edunt  
vir pānem ēst  
viri pānem edunt

*sing* *plur*  
*nōm* pāstor pāstorēs  
*acc* pāstōrem pāstōrēs  
*gen* pāstoris pāstorum  
*dat* pāstorī pāstoribus  
*abl* pāstore pāstoribus

*unus* mōns (< mons)  
*duo* montēs

*vallis* ↔ *mōns*  
*una* arbor  
*duae* arborēs




*suprā* *ppp* + *acc*  
*nūbēs*

*una* nūbēs  
*duae* nūbēs

*sub* *ppp* + *abl* ↔ *suprā*  
*umbra* ↔ *sōl*

*umbram* petit = ad umbram adit



*pāstor* in *umbrā* iacet  
*ovēs* albās relinquit = ab *ovibus* albis abit

In Italiā sunt multī pāstorēs. Quī viā Appiā Rōmā Brundisium it multōs pāstorēs videt in campīs. Numerus pāstorum magnus est. Domini pāstoribus suīs cibum dant. Canēs ā pāstoribus cibum accipiunt.

Post campum montēs sunt. Inter montēs sunt vallēs. In campō est collis. (Collis est mōns parvus.) In colle arbor est. In silvā multae arborēs sunt. Ovēs nōn in silvā neque in monte, sed in campō sunt. In silvā est lupus. Pāstor et ovēs lupum timent, nam lupus ovēs ēst. In silvīs et in montibus lupī sunt, in vallibus nūllī sunt lupī.

Sol in caelō est suprā campum. In caelō nūlla nūbēs videtur. Caelum est suprā terram. Montēs et vallēs, campī silvaeque sunt in terrā. In caelō sol et nūbēs sunt, sed suprā hunc campum caelum sine nūbibus est. Itaque sol lūcet in campō.

Pāstor in solē ambulat. Sub arbore autem umbra est. Pāstor, quī nūllam nūbem videt in caelō, cum cane et ovibus ad arborem adit. Pāstor umbram petit. Etiam ovēs umbram petunt: post pāstōrem ad arborem ad-eunt. Pāstor ovēs suās ad arborem dūcit.

Ecce pāstor in umbrā arboris iacet cum cane et ovibus. Arbor pāstorī et canī et ovibus umbram dat; sed ovis nigra cum paucis aliis in solē iacet. Pāstor, quī fessus est, oculos claudit et dormit. Canis nōn dormit.

Dum pāstor in herbā dormit, ovis nigra ab ovibus albis abit et ad rīvum currit. Ovis nigra ovēs albās relinquit et rīvum petit; aquam bibit ē rīvō, et in silvā intrat!

Canis lātrat: "Baubau!" Pāstor oculos aperit, ovēs aspici, ovem nigram nōn videt. Pāstor ovēs numerat: "Ūna, duae, trēs, quattuor, quinque..... undēcentum." Numerus ovium est undēcentum, nōn centum. Nūllae ovēs albae absunt, sed abest ovis nigra. Pāstor et canis ovēs albās relinquant et silvā petunt. Pāstor saccum cum pāne in colle relinquit.

Dum cēterae ovēs ā pāstore numerantur, ovis nigra in magnā silvā, ubi via nūlla est, errat. Ovis, quae iam procul ā pāstore cēterisque ovibus abest, neque caelum neque solē supra sē videt. Sub arboribus sol nōn lūcet. Ovis nigra in umbrā est.

In terrā inter arborēs sunt vestīgia lupī. Ubi est lupus ipse? Nōn procul abest. Ovis vestīgia lupī in terrā videt, neque lupum ipsum videt. Itaque ovis lupum nōn timet. Parva ovis sine timōre inter arborēs errat.

Lupus autem prope ovem est. Pāstor et canis procul ab eā sunt. Lupus, quī cibum nōn habet, per silvā errat. Lupus in silvā cibum quaerit, dum pāstor et canis ovem nigram quaerunt.

Pāstor: "Ubi est ovis nigra? Age! quaere ovem, canis, et reperi eam!" Canis ovem quaerit et vestīgia eius in terrā reperit, neque ovem ipsam reperit. Canis lātrat.

Pāstor: "Ecce vestīgia ovīs. Ubi est ovis ipsa? Dūc mē ad eam, canis!" Canis dominum suum per silvā dūcit ad ovem, sed ovis procul abest.

Lupus ululat: "Ūhū!" Et ovis et canis lupum audiunt.



*vestīgium*  
*lupus* ipse, *acc* *lupum* ipsum

*timor* -ōnis (*gen*) *m*  
 < *timet*

*ovis* ipsa, *acc* *ovem* ipsam  
 dūcit dūcunt  
 dūci dūcite! (*imp*)




dens  
ūnus dēns (< dēns)  
duo dēntēs

ac-currīt < ad-currīt

prope ↔ procul

clāmōr -ōris (gen) m  
< clāmāt



pāstor ovem in umērōs  
im-pōnit (< in-pōnit)

dēclīnātiō -ōnis f (decl)  
< dēclīnat

modus -ī m: modō abl

-a -ae  
-am -ās  
-am -ārum  
-ae -īs  
-ā -īs

Canis currit. Ovis cōnsistit et exspectat dum lupus venit. Ovis bālat: "Bābā!"

Ecce lupus quī ante ovem est! Iam ovis lupum ipsum ante sē videt. Oculi lupī in umbrā lūcent ut gemmae et dēntēs ut margaritae. Parva ovis oculōs claudit et dēntēs lupī exspectat. Lupus collum ovis petit dentibus...

Sed ecce canis accurrīt! Lupus sē ab ove verit ad canem, quī ante lupum cōnsistit et dēntēs ostendit. Lupus ululat. Canis lātrat. Ovis bālat.

Pāstor, quī iam prope est, clāmāt: "Pete lupum!" Canis clāmōrem pāstoris audit, et sine timōre lupum petit. Lupus autem ovem relinquit et montēs petit.

Pāstor quoque accurrīt et ovem suam, quae in terrā iacet, aspicit. In collō eius sunt vestīgia dentium lupī! Ovis oculōs aperit et ad pāstōrem suum bālat.

Pāstor laetus ovem in umērōs impōnit eamque portat ad cēterās ovēs, quae sine pāstōre in campō errant. Procul in monte lupus ululat.

GRAMMATICA LATINA

Dēclīnātiō vocābūlorum

[I] Dēclīnātiō prima.

Vocābūlum 'insula' dēclīnātur hōc modō:

|                    | <i>Singularis</i> | <i>Pluralis</i> |
|--------------------|-------------------|-----------------|
| <i>Nominativus</i> | insul a           | insul ae        |
| <i>Accusativus</i> | insul am          | insul ās        |
| <i>Genetivus</i>   | insul ae          | insul ārum      |
| <i>Dativus</i>     | insul ae          | insul īs        |
| <i>Ablativus</i>   | insul ā           | insul īs        |

Hōc modō dēclīnāntur multa vocābūla fēminīna. Exempla: fēminā, puella, filia, domina, ancilla, familia, littera, pecūnia, mēnsa, villa, aqua, via, silva, terra, cēt.

[II] Dēclīnātiō secunda.

|                 | <i>Sing.</i> | <i>Plur.</i> | <i>Sing.</i> | <i>Plur.</i> |
|-----------------|--------------|--------------|--------------|--------------|
| <i>Nōm.</i> [A] | serv us      | serv ī       | [B] verb um  | verb a       |
| <i>Acc.</i>     | serv um      | serv ōs      | verb um      | verb a       |
| <i>Gen.</i>     | serv ī       | serv ōrum    | verb ī       | verb ōrum    |
| <i>Dat.</i>     | serv ō       | serv īs      | verb ō       | verb īs      |
| <i>Abl.</i>     | serv ō       | serv īs      | verb ō       | verb īs      |

[A] Ut 'servus' dēclīnāntur vocābūla masculīna: filius, dominus, fluvius, numerus, nummus, hortus, nāsus, mīrus, equus, saccus, umerus, amīcus, oculus, campus, rīvus, lupus, cēt.; puer, vir, liber (nōm. sing. sine -us).

[B] Ut 'verbum' dēclīnāntur vocābūla neutra: oppidum, exemplum, baculum, ōstium, cubiculum, speculum, mālum, ōrnamētum, collum, pretium, caelum, vestīgum, cēt.

[III] Dēclīnātiō tertia.

|                 | <i>Sing.</i> | <i>Plur.</i> | <i>Sing.</i> | <i>Plur.</i> |
|-----------------|--------------|--------------|--------------|--------------|
| <i>Nōm.</i> [A] | pāstor       | pāstor ēs    | [B] ov is    | ov ēs        |
| <i>Acc.</i>     | pāstor em    | pāstor ēs    | ov em        | ov ēs        |
| <i>Gen.</i>     | pāstor is    | pāstor um    | ov is        | ov ium       |
| <i>Dat.</i>     | pāstor ī     | pāstor ibus  | ov ī         | ov ibus      |
| <i>Abl.</i>     | pāstor e     | pāstor ibus  | ov e         | ov ibus      |

[A] Ut 'pāstor' dēclīnāntur haec vocābūla: sol sōlis, timor -ōris, clāmōr -ōris (masc.); arbor -oris (fēm.); cēt.

[B] Ut 'ovis' dēclīnāntur haec vocābūla: pānis, collis, vallis, canis (gen. plūr. canum); nūbēs -is (nōm. sing. -ēs); mōns montis, dēns dentis (nōm. sing. -s < -tis); et alia multa. Fēminia sunt: ovis, vallis, nūbēs; masculīna: pānis, collis, mōns, dēns.

PENSVM A

In Italiā sunt multī pāstōr-. Numerus pāstōr- magnus est. Pāstor Iulī ūnum can- et multās ov- habet. Pāstor est domi-

hōc modō : ut 'insula'